

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Narodowej BOZ 90, k. 60

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 69

[69] De arestacione [/] equorum. Capitulum Lxix

Si aliquis arestat equum et dicit, quis subtraxerit aut subtractus aut eo sit spoliatus, ad hoc se trahere debet, ut iuris, extunc ille potest ad suum venditorem bene se trahere potest et venditorem nominare debet, super quem se traxerit, iurare debet tacto sacramento, quod ad verum se trahat venditorem. Quocunque sibi nominaverit, ibi ipsum sequi oportet, non autem sequi debet ipsum iurare Acquilonis [ss]. Et si sibi defectus fuerit et neminem pro se habuerit respondentem, utpote venditorem habere non poterit, ut se coram iudicio iactat, extunc sibi caucionem fideiussorie faciet, iudici pro pena et pro expensis, quas suus adversarius expendit, et diem nominare, quando ibidem debeat pervenire. Sin autem dixerit, quod equum in foro comuni et libero emerit, extunc suam peccuniam, quam pro eodem equo dedit, integraliter amittit, et illi suum equum reddere debet, nullam penam in eo amittit etc.

[hasła: koń, zastępstwo, kradzież, sprzedaż, ewikcja, przysięga, odpowiedzialność, sąd, poręczenie, pieniądze]